

*Julia. ff. de Testib. tenet etiam Bartol. in l. Notionem. §. Instrumentor. ff. de Verbor. sign. & idem disponit, lex 9. tit. 16. part. 3. In causis vero criminalibus testes debent esse 20. annorum: text. est in l. In testimonium. ff. de Testib. & ibi Bart. Et communiter DD. & hodiè de jure Regio debent esse 25. annorum: text. est in dict. leg. 9. tit. 16. partit. 3. licèt in minoriæ tate faceret iudicium, ut in l. Inuiti. ff. de Testib. & ibi DD.*

27 Item dixi, quòd tales testes debent esse liberi & ita debet intelligi, & suppleri *ista nostra lex.* & adde, quòd sufficeret, quòd sint in quasi possessione libertatis, si communiter reputabantur liberi tempore quo fuerunt adhibiti in testes: text. est in l. 1. Cod. de Testam. & ibi Glos. ordinar. & communis opinio: & idem disponit *lex 9. in fin. tit. 1. part. 6. & facit text. cum materia, in l. Barbarius. ff. de Offic. Prætoris.* Quod singulariter intellige isto modo: Nam si loquimur in testamento *in scriptis*, & de eo fuit facta publica scriptura, benè valet, & probat, quia non requiritur publicatio, ut infra suo loco videbimus: & idem est si non esset confecta publica scriptura, vel privata; nam licèt postea requiratur depositio testium, & publicatio, tamen deponunt tantum de facto proprio, hoc est, de recognitione sigilli, & non de tenore, & substantia testamenti: Item, depositio sua refertur ad illud tempus, quo testes requiruntur pro substantia & forma testamenti, unde meritò valet: & ita debet intelligi text. in dict. leg. 1. Cod. de Testam. & in effectu ita tenent ibi Glos. ordinar. Bald. Paul. & commun. alii DD. licèt sic non declarent. Si verò loquimur in testamento *nuncupativo*: tunc, si de eo est confecta publica scriptura coram Tabellione, in qua est scriptus servus in testem, qui communi opinione reputabatur liber, similiter valet & tenet, quia non requiritur ejus depositio, nec testificatio: si verò de eo non est confecta publica scriptura, sed testator coram testibus expressit voluntatem suam, & aliquis eorum reperitur servus, tunc non valet neque tenet: quia tota virtus & substantia testamenti debet probari per testes deponentes de tenore ejus, & voluntate defuncti: & tempore depositionis requiritur habilitas in teste, argumento text. in l. Ad testium. §. Conditionem. ff. de Testam. & in l. 3. §. Duæ versic. Finge. ff. de Carbo. edict. idèd, si illo tempore reperitur servus, vel inhabilis, non potest deponere, neque valet testamentum ex defectu probationis: & in

expressò ita tenent Bald. Paul. & magis communis opinio in dict. leg. 1. Cod. de Testament. quod est benè notandum secundum eos: & idem est in teste habente quemlibet alium defectum, ut quia sit infamis, excommunicatus, vel aliàs inhabilis, & communi opinione reputaretur habilis tempore testamenti. Ex quibus resultat dubium necessarium, an Religiosi, & Fratres Minores possint esse testes? Et præsuppono, quòd in quolibet negotio possunt esse testes cum licentia Abbatis vel superioris cum non reperiantur prohibiti: ita Specul. in tit. de Test. §. 1. versic. *Item excipitur Monachus. n. 19. Glos. in Authent. de Monachis cap. Cogitandum colum. 1. alia in Authent. Si testis. Cod. de Testib. Bald. in leg. Quoniam liberi. Cod. de Test. Felin. in cap. Cum Nuntius. de Testib. licèt ibi Abb. teneat, quòd possit sine aliqua licentia: Et expressè, quòd in testamentis possint esse testes, tenet Bald. in l. 1. Cod. de Sacros. Eccl. col. 14. & quæst. 10. idem Bald. in Authent. Ingressi. eod. tit. & ibi Jas. col. 2. idem Jas. in l. Hac consultissima. Cod. de Testam. pen. col. Sed ego hoc intelligo, cum licentia superioris, in testamento *in scriptis* tempore testamenti, *in nuncupativo* tempore depositionis: ita tenet Faber in §. Testes. Inst. de Testament. Clericus autem potest esse testis, tam in testamentis, quàm in aliis actibus, etiam sine licentia Episcopi, vel superioris. Ita Felin. notabiliter in cap. Cum Nuntius de testib. 2. colum. Qui benè loquitur.*

29 Item dixi, quòd tales testes debent esse rogati, non verò fortuiti, vel transeuntes: cujus ratio est, quia illa rogatio inducit quamdam attentionem ad actum gerendum: ut in dictis *juribus*, & in *Auent. Rogati. Cod. de Test.* Quod tamen intelligo de jure communi: tamen hodiè de jure Regio non requiruntur rogari in testamento *in scriptis*, nec in testamento *nuncupativo*: *in scriptis*, probat clarè *ista nostra lex*, quæ ponit, & dinumerat solemnitates necessarias, & requisitas in eo, inter quas non ponitur ista, quòd testes sint rogati: & fortè potest esse ratio, ne per tam levem solemnitatem subvertantur testamenta, quæ post mortem testatoris restaurari non possunt: Item etiam, quia alia solemnitas adducitur, scilicèt, quòd in tali testamento interveniat Tabellio, &c. *In nuncupativo* probat *Lex Ordinamenti supra allegata*, quæ ponit solemnitates ejus, inter quas non ponitur ista: de quo dicitur infra suo loco. (p)

Item dixi, quòd ipse testator & testes debent esse

(p) Testes testamento adhibitos etiam hodiè de jure Regio rogatos esse debere, contra Domini mei Gomezii sententiam tenent Gregor. in l. 1. tit. 1. part. 6. verb. *Rogados.* Burg. de Paz. *hic*, num. 550. & sequentib. Menchac. de Success. creation. §. 13. n. 64. & 65. Sed nihilominus Domini mei sententia verissima est, scilicèt, hodiè jure Regio testestestamento adhibitos non debere esse rogatos: quam etiam tenet Palacios Rub. n. 66. cum sequentib. aserens, *sufficere testes esse presentes* li-

esse subscripti: quia omnes debent se subscribere infra scripturam testamenti: ut in l. *Hac consultissima, Cod. de Testament. & in ista nostra leg.* In aliis verò actibus, & instrumentis non requiritur talis subscriptio partium vel testium, de lege communi, quia non reperitur expressum: ita probat text. in *Authent. de Hæred. & falc. cap. 2. §. 1. versic. Si verò absum, collat. 1. & ibi Glos. ordinar. & commun. DD. text. in Authent. de Instrument. cautela, & fide, cap. Sed & si instrumenta, collat. 6. & ibi etiam Glos. ordinaria & communiter DD. probat etiam theoricæ, & doctrina Innocent. in cap. 1. de His, quæ fiunt à prælat. sine consens. cap. ubi dicit, quòd subscriptio numquam est necessaria, nisi in casibus à jure expressis: idem Innocent. in cap. Cum dilectus, in fin. de Fide Instrum. & ibi Abb. & communiter DD. idem Abb. in cap. 1. eodem tit. 3. colum. idem Abb. in cap. Cum Joannes, eod. tit. Bald. in leg. 1. Cod. Ad Vellej. Paul. de Castr. in leg. fin. §. fin. eod. tit. idem Paul. in leg. Juris gentium, §. Quod ferè, ff. de Pact. Neque obstat text. in leg. Contractus, Cod. de Fid. Instrument. quia loquitur in contractu in scriptis redacto in scriptura privata, secundum Paul. ibi, 3. colum. num. 6. & communiter DD. Contrarium tamen determinat expressè *lex 54. tit. 18. 3. partit.* imò, quòd requiratur subscriptio omnium: hodiè tamen de jure novo requiritur subscriptio partium, non tamen testium: ita disponit *Pragmatica hujus Regni fol. 192. lib. Pragmaticarum.**

31 Item adde circa prædicta, quòd si testator nesciat scribere, debet adhiberi octavus testis, qui pro eo subscribat testamentum: text. est in dict. leg. *Hac consultissima*, versic. *Quòd si litteras, Cod. de Testam.* hodiè autem per nostram legem non requiritur, quòd adhibeatur alius octavus testis, sed unus ex aliis septem testibus potest subscribere pro testatore, & pro aliis testibus, qui nesciunt scribere. (q) Pulchrum tamen dubium est: Si in isto casu sufficiat unica subscriptio testis, quam faciat pro se & pro omnibus aliis? Et videtur,

quòd sic, quia quando plura testamenta, contractus, vel dispositiones, etiam diversarum personarum, fiunt in aliqua scriptura, vel sine ea, sufficiunt soli septem testes, & unica tantum solemnitas pro omnibus: quia in solidum cuilibet videtur attributa, argument. text. in leg. *Scire debemus, ff. de Verbor. obligat.* ubi habetur, quòd si quis stipulatur ab alio plures & diversas res, sufficit una responsio, & promissio debitoris pro omnibus, quia cuilibet rei videtur responsio & promissio applicata: text. etiam in leg. *Titia, §. fin. eod. tit. text. in leg. Si quis ex argentariis, §. Si initium, ff. de Edendo,* ubi disponitur, quòd solemnitas posita in capite libri vel scripturæ, videtur repetita in omnibus contractibus, actibus, & capitulis ejus: text. in leg. *Accipientis, ff. de Author. tutor.* ubi, unica voce potest tutor, vel curator auctoritatem præstare pluribus actibus: & in expressò istam sententiam, & conclusionem tenet Bart. in leg. *Patris & filii, ff. de Vulg. & pup. fin. quæst. & ibi Bald. Paul. Imol. & communiter Moderni.* Sed certè ista sententia & conclusio est vera de jure communi; verum hodiè, attenda nostra lege, ego teneo contrarium; cum formaliter dicat, quòd etiamsi unus subscribat pro alio, requiruntur octo subscriptiones realiter distinctæ, & ista est veritas. (r)

32 Item adde, quòd in tali testamento *in scriptis* requiritur, quòd testes ponant signa sua, modò fiat in scriptura publica, modò privata: ita probat textus in dict. leg. *Hac consultissima*, ibi: *Omnibus simul offerre signandam, & subscribendam: & prædicta lex partit.* hodiè tamen ista solemnitas non requiritur in testibus per istam nostram legem, sed tantum in Tabellione: & adde, quòd si omitatur, vitiatur testamentum: quia quando aliquid, quod est de forma & substantia actus omititur, semper vitiatur: text. est in leg. *Cum hi, §. Si prætor additus, ff. de Transact. & in specie in nostro casu de quo loquimur est textus expressus, in leg. Si unus, Cod. de Testament.* ubi disponitur, quòd omnes solemnitates requisitæ in testamento

licèt rogati non sint, quia eo ipso rogati intelliguntur, ut in leg. *Domitius, ff. de Testament.* hancque opinionem tenent *Castill. hic*, verb. *No haga fé.* Matienz. qui latè eam prosequitur, & defendit in leg. 1. glos. 8. & in leg. 1. glos. 2. num. 3. tit. 4. lib. 5. *Recopil.*

(q) Idem tenet Matienz. alios referens, in leg. 2. tit. 4. lib. 5. *Recopilat. glos. 2. num. 3. & vide, leg. 1. tit. 1. part. 6. & ibi Gregor. glos. 9. in fin. Burg. de Paz hic num. 1179.* Quòd non solum in testamento *in scriptis* locum habet, sed in *nuncupativo*, quia in eo testator, si scribere scit, se debet subscribere, ut tenent Gregor. in leg. 2. tit. 1. partit. 6. glos. 2. Burg. de Paz hic num. 1089. & 1097. Boer. decis. 165. Covarrub. in cap. *Cum esses, in nova impressione, num. 1. de Testam.* quos refert, & sequitur Matienz. in leg. 1. tit. 4. lib. 5. *Recopilat. glos. 3. num. 7. cum sequentib.* Quæ opinio vera est, & in praxi tenenda, probaturque in *Pragmatica de Alcalá, quæ est lex 13. tit. 25. lib. 4. Recopilat.* quæ disponit, quòd in quolibet instrumento publico debet intervenire partis subscriptio.

(r) Et ita tenet Matienz. num. 3. Burg. de Paz hic num. 1083. & viginti casus, in quibus testium subscriptiones non requiruntur, refert. Menchac. de Successionum creatione, §. 14. num. 19. & sequenti.

mento sunt æquales, & qualibet earum deficiente, vitiatur & annullatur testamentum; & ad hoc summè notat, & commendat ibi Bald. & communiter DD. (s)

33 Item dixi, requiri quòd uno eodemque die, tempore, & contextu, coram testibus testator dicat, illud esse suum testamentum: text. est in dict. leg. Hac consultissima, ibi: Uno eodemque die, ac tempore, & in versic. Sed licet, cujus verba sunt: Sed licet alio tempore dictatum, scriptumve proferatur testamentum, sufficit uno tempore, eodemque die, nullo actu extraneo interveniente, testes omnes, videlicet simul, nec diversis temporibus scribere, signareque testamentum, & ibi notant Bartol. Angel. Paul. Salicet. & communiter DD. Ex quibus inferitur, quòd si uno die vel tempore, coram duobus vel tribus testibus testator dixit, & declaravit, illud esse suum Testamentum, & postea alio die vel tempore idem dixit coram aliis, non valebit testamentum, quia deficit prædicta solemnitas unitatis temporis: (t) Cujus ratio est, quia non sunt testes ejusdem actus, sed singulares. Et adde, quòd eadem solemnitas hodiè requiritur, quia licet in nostra lege non ponatur, tamen sufficit dicere, quòd requirantur septem testes, quia necessariò intelligitur quòd sint testes. Ita probat text. in leg. Denuntiasset, §. Quid tamen, ff. Ad leg. Jul. de Adult. text. in leg. Qui sententiam, Cod. de Penis, ibi: In unum conspirante, concordanteque rei finem, &c. text. in cap. Licet causam, versic. Quamquam, de Probat. text. in cap. Bonæ memoriæ, el. 1. versic. Contra, de Election. text. in cap. Cum dilectus, vers. Et si tres, eod. tit. & sic hodiè ista solemnitas est necessaria, cujus ommissio vitaret testamentum, & cerè est vera & necessaria intelligentia ad nostram legem.

34 Item adde, quòd in tali testamento in scriptis requiritur, quòd nomen hæredis scribatur manu propria testatoris, si scit scribere; & si nesciat scribere, sufficit scribere per alium: text. est in dict. leg. Hac consultissima, Cod. de Testament. Sed postea de jure novo statum est, quòd isto casu teneatur nuncupare nomen hæredis voce propria coram testibus: text. est in leg. Jubemus, Cod. de Testament. Sed postea de jure magis novo reducimur ad Legem antiquam, qua disponitur, quòd sufficiat scribere per alium: text. est in Authent. Et

non observato, Cod. de Testam. text. in Authent. Ut sponsat. larg. cap. Quia verò ante, collat. 9. & in expressò ita tenet, & declarat Glos. ordinar. in dict. l. Hac consultissima, Cod. de Testament. in glos. 4. & ibi communiter DD. tenet etiam Bartol. in dict. leg. Jubemus, finalib. verb. Cod. de Testament. & ibi Bald. penult. column. Cyn. Salic. & communis opinio. Faber. in §. Possunt, Instit. de Testament. fin. column. & ita probat & disponit, lex 2. tit. 1. 6. partit. & ita debet intelligi ista nostra lex.

35 Item adde, quòd in testamento in scriptis ultra prædictas solemnitates requiritur publicatio: Pro cujus perfecta declaratione resolvitè dico, quòd aut testamentum in scriptis fit in scriptura privata, manu ipsius testatoris, vel alterius; aut fit in scriptura publica, manu Tabellionis: Si fit in scriptura privata, non probat, nec facit fidem de per se, sed requiritur publicatio: Quæ fit hujusmodi. Primò, hæres, vel alius qui prætendat probabile jus, vel interesse, debet petere à iudice, quòd publicetur, & redigatur in publicam formam: Et si objiciatur, qualiter quis potest dicere, & asserere quòd est hæres scriptus, vel prætere probabile interesse, cum testamentum sit factum in scriptis, clausum, & sigillatum: Respondebo, quòd satis est, quòd per conjecturas, vel per confessionem testatoris, vel alterius qui potuit scire, & per famam illud præsumatur, & opinetur, & super hoc juramentum præstet: ita probat text. in leg. 3. Cod. Quemadmodum testament. aper. & ibi communiter DD. per quem ita tenet Glos. ordinar. in leg. 1. ff. eod. tit. & ita Bartol. & communiter DD. Confirmatur etiam per textum, & ejus doctrinam, & regulam generalem, in leg. Thesaurus, ff. Ad exhibendum: ubi dicitur, quòd in causis summaris, & non maximi præjudicii, probatur interesse per juramentum, attentata qualitate personæ: & ibi notat, & commendat Bartol. & communiter alii DD. Imò, etiam quis non scriptus in testamento, sed præteritus, vel ex hæredatus, potest petere à iudice ut aperiat, & publicetur testamentum, quia sua interest, ut possit dicere testamentum nullum, vel agere querela inofficiosi testamenti, vel quovis alio remedio sibi competenti: ita Bald. dicens, esse notabile, in leg. 2. in fin. ff. Quemadmodum testament. aper. licet possit adire ab intestato, tamquam si nullum esset factum vel scriptum testamentum: ut dixi in materia præ-

(s) Vide Azev. in leg. 2. tit. 4. lib. 5. Recopilat. num. 17. Matienz. ibid. glos. 2. num. 4. Tell. Fernand. hic 5. part. num. 6. Greg. Lopez in leg. 4. tit. 1. part. 6. verb. Escribir.

(t) Hujus etiam opinionis fuit Matienz. in dict. leg. 2. tit. 4. lib. 5. Recopilat. glos. 2. num. 4. ad medium, Spin. in suo Specul. Testamentor. in 1. part. Rubrica, num. 12. Qui num. 13. rectè declarat, quoad approbationem testamenti (hoc est Otorgamiento) rectè dici, unico tantum contextu testamentum fieri debere; secùs verò quantum ad contenta, & disposita in testamento; quia quantum ad hæc benè recipit intervallum, & uno die incipi potest, & per plures alios interpolatum finiri.

teritionis filii. Secundò, debent citari illi quorum interest quòd testamentum non valeat, scilicet venientes ab intestato: argument. text. in l. 1. §. Denunciare, ff. de Inspec. ventre, text. in l. 2. ff. Quibus ex caus. in poss. eat. text. in l. In cause, la 1. versic. Causa, ff. de Minorib. text. in l. De unoquoque, ff. de Re judicat. text. in l. 2. 4. & 5. ff. de Natalib. rest. text. in leg. final. Cod. Si per vim vel alio modo: text. in l. Si quando, Cod. de Inoffic. testam. text. capitalis & generalis in leg. Nam ita Divus, ff. de Adopt. & in expressò ita tenent Bartol. Bald. Paul. & communiter DD. in leg. 2. Cod. de Testament. tenet etiam Bald. post Antiquos, in l. 2. ff. Quemadmodum testament. aper. Circa quòd benè nota, quòd si pars citanda est certa, requiritur certa & specifica citatio ejus: aliàs verò si incerta, vel plures venientes ab intestato, sufficit citatio incerta & generalis eorum; argument. text. in l. Sed si pupillus, §. Proscribere, ff. de Institoria, ita etiam tenet & declarat Bald. in dict. leg. 2. Cod. de Testament. 2. column. 6. quæst. Tertiò requiritur, quòd testes compareant coram iudice, & recognoscant subscriptiones & signa cum juramento, & deponant, se esse rogatos à testatore, & quòd coram eis dixit, illud esse testamentum ejus: & ad hoc testes possunt cogi iudicis officio: text. est in leg. Cum ab initio, ff. Quemadmodum testament. aper. text. in leg. 2. eod. tit. text. in l. Hac consultissima, §. Si quis autem, in fin. Cod. de Testament. & ibi communiter DD. Quartò requiritur, quòd postea iudex interloquendo pronuntiet, dictas attestaciones redigi in publicam formam ad perpetuam rei memoriam, & quòd eis detur plena fides. Et in summa, ista est forma publicationis testamenti in scriptis, quam particulariter de jure confirmavi: & eam tenent, & ponunt DD. in locis allegandis: Specul. in titul. de Instrument. & hic, §. Ostenso, num. 34. versic. Et nota quòd testament. Bartol. in leg. 2. ff. Quemadmodum testament. aper. & ibi communiter DD. idem Bartol. in leg. 1. §. Si quis neget, eod. tit. & ibi etiam communiter DD. Petr. Cyn. Jacob. Butr. Bartol. Bald. Salic. Paul. Alexand. Jason. & Philip. Corn. in leg. 2. Cod. de Testam. Faber, notabiliter in §. Sed cum aliquis, Instit. de Testament. column. 2. Innocent. in cap. fin. de Fide Instrument. & ibi Abb. & Felin. & probat & confirmat lex 3. tit. 7. partit. 6. Unde periculosum est facere testamentum in

scriptis; quia si aliquis testis moriatur ante dictam recognitionem & publicationem, vel aliqua solemnitas deficiat irritatur testamentum. (u)

37 Secundò casu principali, quando testamentum in scriptis fit in scriptura publica manu Tabellionis, plures tenent, quòd etiam requiratur publicatio, & aliàs sola scriptura non faciat fidem, quia Tabellio non potest fidem neque auctoritatem præstare his, quæ sunt scripta & continentur in prædicta scriptura clausa, & signata, cum non venerint in notitiam ejus; nec verè dicere & asserere, quòd ante eum ita voluit & disposuit testator. Sed contrarium est tenendum, imò quòd tale testamentum valeat & teneat, & probet sine aliqua publicatione: quia satis est quòd Tabellio dederit fidem, & interposuerit suam auctoritatem implicite, quando testator dixit coram eo & testibus, quòd illud erat testamentum ejus, & Tabellio hoc asserat & affirmet; quia tunc statim potest aperiri testamentum, & valent & probant in eo contenta, absque publicatione. Ista est Glos. singularis & ordinaria, licet sic non declaret, in l. 2. ff. Quemadmodum testam. aper. in verb. Publicum, quam ibi summè notat & commendat Bartol. & Joan. de Imol. & illam reputat singularem Paul. de Castr. in leg. 1. Cod. de Testam. final. column. & notat etiam & commendat ibi Bald. Salic. & alii DD. Idem Bald. & commun. DD. in l. Omnium eod. tit. Paul. in l. Jubemus eod. tit. reputat etiam singularem Jason. in leg. 2. column. 1. eod. titul. & in leg. 2. Cod. de Bonor. posses. secundum Tabulas, column. 2. numer. 3. notat etiam & commendat Bald. in leg. final. Cod. de Fideicom. column. 3. ubi benè loquitur, & ibi Jason. fin. quæst. Abb. in capit. fin. de Fid. Instrum. fin. column. & quæst. (x) Et secundum hoc debet intelligi, & extendi ista nostra lex, ut non requiratur publicatio, quando testamentum in scriptis fit cum Tabellione; & ideò meritò non ponitur illa solemnitas inter alias in hac lege requisitas.

38 Pulchrum tamen, & subtile dubium est, an hodiè in nostro Regno, stante ista leg. 3. Tauri, possit fieri testamentum in scriptis manu & scriptura privata, secuta postea legitima publicatione, de qua supra dictum est? Et videtur quòd sic Primò, quia probationes sunt ampliandæ, & non restringendæ, ut in leg. 1. ff. de Testib. & in leg. Admonedi, ff. de Jurejur. & in leg. In bonæ fidei, Cod.

(u) Bartol. in leg. 2. in principio, ff. Quemadmodum testamenta aperiantur. Cas. cons. 67. columna 2. lib. 3. Roland. cons. 36. column. 1. & per totum. Hi omnes tenent, quòd si unus testis, vivo testatore, vel post ejus mortem ante aperturam testamenti præmoriatur, corrumpit tale testamentum: & vide Porc. in §. 1. column. 3. in fin. Instit. de Testament.

(x) Id etiam resolvit Gregor. Lopez in leg. 1. tit. 1. part. 6. verb. Otrosi, & latius in leg. 3. tit. 2. eadem partit. verb. Deben inquirir. Monterr. in Praxi, fol. 175. part. 1. in medio. Azev. in leg. 2. tit. 4. lib. 5. Recopilat. num. 16. Matienz. ibid. glos. 4. num. 2. Ant. Gomez ad Leg. Tauri.

*Cod. de Rebus cred. cum similib.* ergo valet etiam hodiè testamentum in scriptis sine Tabellione, secuta publicatione; & solum requirit ista lex quòd interveniat Tabellio, ad hoc ut testamentum valeat sine publicatione, siquidem factum sine Tabellione, manu & scriptura privata, non negat ista lex quòd valeat & teneat, secuta legitima publicatione, sicut valeret de jure communi; maxime cum juris correctio sit evitanda. Secundo, quia vertitur publica utilitas in eo quòd testamenta conserventur, & non irritentur: text. est in *leg. Gallus, §. Quid si, ff. de Liber. & posthum.* & ibi tenent Glos. ordinar. in *verb. Utilitate.* Bald. Paul. & alii Doct. dicentes, esse singulare, & alibi melius non probari: probat etiam text. in *leg. Vel negare, ff. Quemadmodum testam. aper. text. in leg. 2. Cod. Ut in possessione, legatorum, text. in l. In testament. ff. de Regul. jur.* ergo testamentum valet etiam hodiè manu & scriptura privata, secuta publicatione. Tertiò, facit ista nostra lex 3. *Tauri*, quam subtiliter pondero, nam dicit, quòd si dicta testamenta non contineant in nostro Regno prædictam solemnitate testium, sint nulla: & sic cautè non dicit, nec repetit de Tabellione; quasi velit, quòd sine eo coram testibus potest fieri, secuta publicatione, sicut de jure communi: & per consequens, si lex requireret pro forma, id fieri coram Tabellione, certè lex diceret & repeteret illam formam, sicut repetit testes.

39 Sed his non obstantibus, ego teneo contrariam sententiam, imò, quòd nullo modo valeat testamentum in scriptis sine Tabellione: (y) Primò, quia ista lex ponit formam & solemnitate, quæ debet adhiberi in testamento in scriptis, in qua expressè dicit, quòd interveniat Tabellio: ergo sine eo non valet: quia quando lex plura requirit pro perfectione, & consummatione alicujus actus, omnia censentur esse de forma & substantia ejus, adeò quòd si aliqua deficit, corrumpit & annullatur totus actus: text. in *l. Cum hi, §. Si prætor aditus, ff. de Transact.* quem ad hoc notat, & commendat ibi Bartol. & communiter DD. text. in *l. Constitutionib. ff. ad Municipalem: text. in leg.*

(y) Et idem probat text. in *leg. 2. tit. 4. lib. 5. Recopilat. & Cifuent. hic num. 2. Perez in leg. 6. tit. 1. lib. 3. Ordinament. column. 796. Spin. in Speculo testamentor. in 2. part. Rubric. num. 31. Tell. Fernand. hic 5. part. num. 1. Mench. & Azeved. in leg. 2. tit. 5. lib. 5. Recopilat. num. 21. Mench. de Successionum creation. lib. 2. §. 15. num. 17. & latius lib. 3. §. 21. num. 21. versic. Sed verior, Covarrub. in cap. Cum esses, num. 1. de Testament. Matienz. in dict. leg. 2. Novæ Recopilat. glos. 4. num. 3. & 6. Sed contrariam sententiam, scilicet, hodiè per legem nostram in testamento in scriptis non exigi Tabellionem, tenuerunt Castell. hic, verb. Testamento cerrado. Palacios Rub. num. 14. & 23. & 52. & 55. Burg. de Paz num. 129. & conc. 2. num. 1028. Gregor. Lopez in leg. 1. tit. 1. part. 6. verb. Otrosi decimos, & leg. 3. tit. 2. part. 6. verb. Deben, & in leg. 4. verb. Escripto, eod. tit. & Partita: Quorum opinio posset defendi, quoties in loco, ubi testamentum fit in scriptis, non reperiretur Tabellio, & testator adeò morbo oppressus esset, ut Tabellionem inquirere, aut expectare non posset, ut rectè advertit Matienz. ubi supra, qui latè, simul cum aliis hujus opinionis authoribus, contrariæ opinionis authorum fundamentis latissime satisfacit.*

Julianus, §. Sed si quis rem. vers. Mutata, ff. Ad exhibendum, text. in leg. Qui per salutem, ff. de Jur. jur. text. in l. Magis puto, §. Non passim, & per totam legem, maxime in §. Si æs alienum, ibi: Nullam esse venditionem, nullumque decretum, ff. de Rebus eorum: textus in leg. Qui Romæ, §. Flavius, ff. de Verb. oblig. ubi ostendit, etiamsi sit actus pius & favorabilis. Secundo, quia dictio eum, de propria significatione conjungit, & accipitur augmentativè; ita probat text. in leg. Si quis inquilinos, §. Si ita legatum, ff. de Legatis 1. & ibi Bartol. & communiter DD. text. in leg. Si cui, la 2. eod. tit. Sed ista nostra lex dicit: Con un Escribano público: ergo conjungit istam solemnitate cum aliis: & ad veritatem conjunctivæ, vel copulativæ utraque pars debet esse vera, licet ad veritatem disjunctivæ, vel alternativæ sufficit unam partem esse veram: text. est in leg. Si ita quis stipuletur, ff. de Verbor. obligat. text. in leg. Si quis ita stipulatus fuerit, eod. tit. text. in leg. Si heredi, ff. de Condit. Instit. text. in l. Lucius, la 2. ff. de Hered. Instit. text. in §. penult. Instit. de Hered. Inst. Tertiò, quia ista nostra Lex *Tauri*, ponit clausulam irritativam testamenti, si prædictæ solemnitates non serventur, in quantum dicit, quòd si aliter testamentum fiat, sit nullum: ergo aliqua earum deficiente, annullatur testamentum: ita probat text. in l. Ad testium, §. Conditionem, ff. de Testament. & ibi Glos. & communiter DD. & tenet notabiliter, melius quàm alibi, Bald. in l. 1. ff. de Liber. & posthum. & ibi Alexand. & Moderni. Idem Alexand. & Moderni in leg. Hac consultissima, Cod. de Testament. Quarto & similiter, facit ista nostra lex, quam notabiliter pondero, in quantum dicit, quòd in testamento in scriptis sint octo subscriptiones & signum Tabellionis: sed hoc signum non posset esse, si non interveniret Tabellio: ergo requiritur pro forma. Neque obstat si respondeas, quòd benè requiritur Tabellio ut valeat tamquam scriptura publica, non tamen ut non possit sine eo valere tamquam scriptura privata, & valeat, secuta publicatione: Quia respondeo, quòd cum lex hoc non dicat neque de-

declaret, sed pro forma & solemnitate testamenti in scriptis expressè requirat Tabellionem, non valebit sine eo, etiam secuta publicatione.

41 Neque obstat primum fundamentum pro contraria parte adductum: Quia respondeo, quòd procedit quando lex non restringeret probationes expressè, ut in nostro casu facit, per rationes prædictas. Neque obstat etiam secundum: Quia licet testamentum sit actus pius & favorabilis, tamen forma in eo requisita omnino est servanda. Neque obstat etiam tertium fundamentum de nostra lege, quòd videtur urgentius, in quantum dicit, quòd si testamenta non habuerint prædictam solemnitate testium, non valeant, & non dicit, nec repetit de Tabellione: Quia subtiliter respondeo, quòd ista nostra lex supra tractavit de multiplici voluntate & forma testamentorum, scilicet nuncupativi, in scriptis, filiorum cæci, & codicillorum; in quorum quolibet requiritur propria & distincta forma, non tamen in omnibus requiritur Tabellio: idè dicit postea lex, quòd si non habuerint prædictam solemnitate testium, non valeant, ut comprehenderet omnia superiora testamenta de quibus locuta fuerat, & non expressit de Tabellione, quia in omnibus testamentis non requiritur, sed tantum in testamento in scriptis; & fortè si nostra lex expressisset de Tabellione, aliquis intelligeret, quòd indistinctè

omnibus in testamentis requireretur, quòd est falsum: idè tantum expressit de solemnitate testium, quæ omnibus pertinet. (z)

42 Item quæro, an in testamento in scriptis requirantur dies, mensis, & annus, in quo fuit celebratum? Et videtur dicendum, quòd sic: ita probat text. in leg. 2. §. Diem. ff. Quemadmodum testam. aper. ubi dicitur, quòd quando petitur testamentum in scriptis aperiri & publicari, debet dari copia sine die & Consule, ut non fabricetur falsitas: ergo præsupponit, quòd debet continere diem, mensem, & annum: & per illum text. ita Bald. in Authent. Quod sine. Cod. de Testament. fin. column. penult. quæst. ubi etiam facit textus, & ibi Salic. column. 2. num. 6. & ibi etiam Jason. column. final. in fin. Alexand. cons. 123. column. 4. volum. 1. & cons. 76. penult. column. 3. volum. probat etiam text. in leg. 3. Cod. Quemadmodum testam. aper. text. in Authent. de Testam. nt. imperfect. & cap. Nos igitur omnia collat. 8. text. in leg. penult. tit. 2. partit. 6. Confirmatur etiam ratione, quia aliàs non posset constare in qua ætate illud fecisset testator: Item etiam, quia si fieret aliud testamentum, non posset constare, quòd eorum est posterius, ut illud valeat: Contrarium tamen probat text. in leg. Hac consultissima. Cod. de Testam. & in leg. Jubemus. eod. tit. ubi ponitur forma, & solemnitas testa-

(z) Hanc responsionem seu solutionem impugnat Matienz. hac ratione: quia possit Legislator omnia comprehendere, si solum dixisset: Si præfactæ solemnitates quoquo modo defecerint, sit actus nullus: & aliam assignat solutionem in leg. 2. tit. 4. lib. 5. Recop. glos. 4. num. 5. Respondens, idè illa verba: Si no tuvieren la dicha solemnidad de testigos, &c. prædictam Tabellionis solemnitate seu interventionem comprehendere, quia cum Tabellio loco testis adhibeatur, juxta textum in leg. Domitius Labeo, juncta glos. ult. ff. de Testam. & ibi Bartol. num. 3. & text. in leg. Hac consultissima. §. Sed quia. Cod. Qui testamenta facere possunt, juncta Glos. verb. Activam: mirum non est, si his verbis tantum fuerit usus Legislator. Nec oberit si dicatur, Tabellionem loco testis haberi ubi agitur de probando actum per testes: secus ubi agitur de probando actum per instrumentum, ut in specie nostra; quia tunc inter testes non connumeratur, juxta notata per Glossam, & DD. in dict. leg. Hac consultissima. Nam respondere licebit, quòd quamvis Tabellio numero testium ad validitatem actus requisitorum non computetur, lex tamen ultra testes in scriptura requisitos habuit considerationem ad Tabellionem, quem loco unius, imò & duorum testium computavit; ut in hac lege probatur: ex qua id expendit Covarrub. in cap. Cum esses, num. 2. de Testam. & alii relati à Matienz. ubi supra. Verum hæc Matienz. responsio ex eo convincitur, quia si vera esset, sequeretur, idem Tabellionis requisitum desiderari ad validitatem codicillorum, & testamenti nuncupativi; cum illa verba: Si no tuvieren la dicha solemnidad de testigos, comprehendant Tabellionem, ut ipse voluit, qui testis appellatione continetur, & referant deinde ad multiplicem voluntatem & formam testamentorum, prout ex ipsis colligitur: ibi: Los quales dichos Testamentos, y Codicilos, si no tuvieren la dicha solemnidad de testigos, mandamos que no hagan fé en Juicio, ni fuera de él: Verum hoc est falsum, quia in testamento nuncupativo Tabellio non desideratur ad ejus validitatem, ut docet idem Matienz. & communiter receptum testatur in l. 1. tit. 4. lib. 5. glos. 7. num. 1. & probatur expressè ex illo textu: ibi: T si lo hicieren sin Escribano público, que sean abt à lo menos cinco testigos. nec in codicillis Tabellio requiritur, ut constat ex dict. leg. 1. Quare defendendo Domini mei solutionem, respondendum censeo Matienz. oppositioni, non semper legislatores posse comprehendere omnes articulos, ut in leg. Non possunt omnes articuli. ff. de Legibus: ideoque singula singulis esse referenda: prout in simili legem nostram interpretatur Aceved. in leg. 2. tit. 4. lib. 5. num. 9.

menti in scriptis & in ea non ponitur ista: Secundò probat etiam ista nostra *Lex Tauri*: quæ formaliter enumerat omnes solemnitates requisitas, quas debet habere, & continere testamentum in scriptis, & non ponit istam: *Quod contineat diem, mensem, annum.* & in expressò ita tenet Joan. Fab. §. *Possunt. Instit. de Testam. column. fin. in fin.*

Sed in hoc dubio passu, & articulo, pro concordia dico sic: quòd si testamentum in scriptis fit coram Tabellione publico; requiritur dies, mensis, & annus, in quo fuit celebratum; cum jam fiat scriptura publica, & ei soli debeat credi: in qua necessariò requiritur ista solemnitas: & ideò, cum nostra *Lex Tauri* expressè requirat, quòd in testamento in scriptis interveniat Tabellio, necessariò debet continere diem, mensem, & annum, quia aliàs non esset scriptura publica, & per consequens ista nostra lex non posuit inter solemnitates testamenti; quòd contineret diem, mensem, & annum, quia tacitè & implicitè hoc voluit & disposuit cum requirat Tabellionem & scripturam publicam, quæ sine eo non valet. (A)

43 Si verò fit manu privata, sine Tabellione, non requiruntur dies, mensis, annus, nec locus: quia in scriptura privata non requiritur; ut in *leg. Cum tabernam. §. 1. ff. de Pignor.* & ibi Bartol. & communiter Doctores. & in *leg. Scripturas. Cod. Qui potior. in pignor. hab. (b)* Item, etiam requiritur postea publicatio, unde ibi potest probari de die, & tempore: & hoc casu intellige jura contraria, & sententiam, & conclusionem Fabri. Nec obstant prima jura contraria: quia ibi fortè intervenit Tabellio, vel dato quòd non intervenit, positus est dies ad majorem probationem, & liquidationem veritatis.

45 Sed quia plenè visum est de testamento in scriptis, nunc oportet videre de nuncupativo, tam de jure communi, quam regio: in quo, magistraliter, & resolutivè dico, quòd de jure communi requiruntur septem testes, masculi, puberes, liberi, & rogati, ut in testamento in scriptis: & tandem, eadem solemnitas requiritur in testamento nuncupativo, quæ requiritur in scriptis; exceptò, quòd de-

(A) Idem disponit *lex 4. & lex 54. tit. 18. partit. 3. Gregor. ibi, & in leg. 1. & 9. tit. 19. partit. 3. & in leg. 2. tit. 8. lib. 1. Fori. & in leg. 13. tit. 15. lib. 4. Recop. ibi: T el dia, y el mes, y el año, &c.* & ibi: *So pena que la Escritura que de otra manera se diere signada, sea en sí ninguna,* estque opinio communis secundum Covarrub in *Prætic. quæstion. cap. 2. num. 20. & sequitur Matienz. in leg. 2. tit. 4. lib. 5. Recop. glos. 7. num. 7.* alios plures congerens AA.

(b) Vide Matienz. id latè docentem in *dict. leg. 2. tit. 4. lib. 5. Recop. glos. 7. num. 8.*

(c) Undè si antè publicationem moriatur aliquis testis ex his qui interfuerint testamento, ita ut non supersit, eo dempto, legitimus numerus testium, non faciet fidem, nec valebit prædictum testamentum: text. in *leg. Publicati. Cod. de Testament. & in leg. Cum ab initio. ff. Quemadmodum testamenta aperiantur.* & notat Alber. in *leg. 1. §. Si quis neget. eod. tit. & probat textus à contrario sensu in leg. 4. tit. 3. partit. 6. ubi notat Gregor. verb. Despues.*

bent audiri, & intelligere voluntatem testatoris, & non debent se subscribere, nec signare: textus est capitalis, & expressus, in *leg. Hac consultissima. §. Per nuncupationem. Cod. de Testam.* & ibi Glos. ordinaria, & communiter DD. & in terminis ita dicit ibi Paul. de Castr. textus in *leg. Hæredes palam. ff. de Testam. text. in §. fin. Inst. de Testam.*

46 Item etiam requiritur publicatio post mortem testatoris: quia debent venire testes coram iudice, & deponere cum juramento, quòd ita fuit voluntas testatoris, & postea redigi depositio in publicam formam coram iudice & Tabellione, ut perpetuò faciat plenam fidem, ut similiter fit in testamento in scriptis, ut supra dictum est: & in expressò ita probat textus in *leg. fin. in fin. Cod. de Testam.* cujus verba sunt: *Sic tamen ut ipsi testes agnoscant testatoris voluntatem, & maximè quem, vel quos hæredes sibi relinquere voluerit: & hoc post mortem testatoris jurati deponant.* & ibi communiter DD. (c) Et hoc est verum & procedit quando testamentum nuncupativum fit coram solis testibus, vel in aliqua scriptura privata: secùs verò, si fiat in scriptura publica coram Tabellione; quia tunc sola scriptura probat, absque aliqua publicatione, & depositione testium, sicut diximus in testamento in scriptis: & eadem ratione, & in expressò, ita tenet Glos. ordinariæ quæ sic debet intelligi in *leg. 1. Cod. de Testament. in glos. final. & ibi Bald. column. final. quæst. 6. Paul. de Castr. & communiter DD. Glos. etiam ordinaria in leg. Hæredes palam. ff. de Testam. & ibi Bart. & communiter DD. Glos. etiam ordinaria, ubi latè disputat, in *leg. fin. Cod. de Fideicommiss. in verb. Ostenditur,* & ibi Bartol. penult. quæst. & communiter DD. tenet etiam Bartol. & alii DD. in *leg. 2. Quæmadmodum testament. aper. Idem Bart. in leg. Conficiuntur. §. 1. ff. de Jure codicil. tenet etiam Modern. in leg. 2. Cod. de Bon. posses. secundum Tabulas.**

47 Hodiè tamen de jure Regio aliqua videntur mutata & correcta in forma testamenti nuncupativi: quia si fiat sine Tabellione coram testibus, vel in scriptura privata, requiruntur quinque testes vicini ejusdem loci ubi fit testamentum: si tamen

10-

locus sit ita desertus, ut in eo non sit copia hominum, sufficiunt tres testes, & intelligo quòd sint vicini, sicut in superiori casu. Si verò fiat cum Tabellione in scriptura publica, indistinctè sufficiunt tres testes, vicini etiam illius loci ubi fit testamentum: ita disponit *lex 1. tit. 2. lib. 5. Ordinam.* Ex qua collige, quòd in testamento nuncupativo, sicut illa lex corrigit numerum testium, ita etiam qualitatem eorum; quia requiritur, quòd sint vicini illius loci ubi testamentum fit: & illa lex Ordinamenti est hodiè confirmata per istam nostram legem. Quæro tamen circa prædictam legem, si in illo loco possit haberi Tabellio, & in testamento non interveniat, sed tantum testes prædicti, an valeat & teneat? Et videtur quòd non, quia prædicta lex conditionaliter dicit: *E si fuerit tal el lugar, que no se pudiere haver Escrivano público, &c.* ergò stante ibi Tabellione non valet testamentum sine eo: Sed teneo contrarium, imò, quòd valet coram testibus, quia parem vim obtinent testes, quòd instrumenta: quia probationes non sunt restringendæ, sed ampliandæ, maximè in testamentis: argumento textus cum materia in *leg. Exercendis. Cod. de Fide Instrument. cum similib.*

Item quæro, si testamentum fiat sine Tabellione, coram septem testibus de jure communi requisitis, & non sint vicini illius loci, an valeat & teneat testamentum, secuta legitima publicatione, ut supra dictum est? Et teneo, quòd sic: attenta prædicta ratione: & hoc probat, & vult illa lex, in *finalibus verbis*, in quantum dicit: *E mandamos otrosí, que vala el Testamento que fuere fecho con buenos testimonios: (d)* Et ita dixi & consului in quæstione de facto. Ex qua lege sic declarata nota, quòd licet de jure communi rusticus, qui

testabatur ruri, ubi non est copia testium, possit testari cum quinque testibus, ut est casus singularis & unicus in *leg. fin. Cod. de Testament. secundum Paul. & Modern. ibi & in leg. 6. tit. 1. part. 6.* Tamen hodiè, non data copia testium, indistinctè in qualibet persona sufficiunt tres. (e)

48 Item etiam ex nostra lege infero, quòd jam hodiè cessat illud maximum dubium Doctorum quærentium, an tempore pestis, quo homines non audent accedere ad infirmos, valeat testamentum cum minori solemnitate? In quo Bald. post Nicol. de Mata in *leg. final. Cod. de Testament.* argumento illius textus & ejus rationis, tenebat quòd sic, & idem tenebant ibi Salic. & Jas. tenebat Ripa in *tractatu de Peste. fol. 10.* Sed contrarium tenebant ibi Fulgos. Paul. Aretin. Alex. & Corn. Imò, quòd requiratur integra & perfecta solemnitas de jure communi requisita: quia lege non cavetur quòd remittatur, nisi tantum specialiter in rusticis; ergò indistinctè in omni alio actu, casu, tempore, & persona, requiritur integra & perfecta solemnitas. (f) Probat etiam text. in *leg. Casus. Cod. eodem tit. de Testament. text. etiam in leg. Conficiuntur. §. 1. ff. de Jure Codicil. ubi habetur, quòd licet casu vel necessitate non potest inveniri copia testium, non valet testamentum sine legitimo numero eorum: & idem apertè sentit Bald. in *leg. 1. ff. de Bonor. possess. ex testament. militari,* ubi dicit, quòd utile esset disponere, quòd tempore pestis sufficeret minor numerus testium: ergò dat intelligere, quòd de jure communi requiritur numerus legitimus: & idem tenet Rom. in *Authent. Similiter. Cod. ad l. Falc. 34. speciali piæ causæ.* & hanc dicebat magis communem opinionem Alex. in *cons. 70. & cons. 117. volum. 2.* Nam certè hodiè cessat istud dubium, quia*

(d) Etiam probat hodiè *lex 1. tit. 2. lib. 5. Recopilat.* ubi Matienz. *glos. 5. num. 1. Gregor. in leg. 1. tit. 1. part. 6. verb. Ante siete testigos. Burg. de Paz hic, n. 354. & sequent. Et quis dicatur vicinus hoc casu, docet idem Matienz. ubi supra n. 2. Tell. Fernandez hic in 2. part. legis. numer. 15. Castill. ibid. num. 1. Aceved. in *dict. leg. 1. tit. 4. lib. 5. Recopil. n. 34. & sequent. affirmant istud vicinitatis requisitum in testamento in scriptis non desiderari: & videas latius Matienz. in *dict. leg. 2. tit. 4. lib. 5. glos. 3. num. fin.***

(e) Vide Spin. de *Testam. fol. 43. num. 3.* & ita disponit hodiè *lex 9. tit. 4. lib. 5. Recopilat.* ubi Matienz. *glos. 4. num. 1. & Aceved. num. 24.* qui latè de hac quæstione agunt. Id etiam tenet Burg. de Paz hic, n. 819. fol. 276. column. 3. versic. *Testamentum.* & Aceved. in *leg. 2. tit. 4. l. 5. Recopilat. n. 24. Menchac. de Succes. creation. lib. 3. §. 21. num. 22. cum plurib. sequentib. Covarrub. in cap. Cum esses. num. 2. de Testament. & vid. Matienz. in leg. 1. tit. 4. lib. 5. Recopilat. glos. 3. n. 4. Vide de hac re Guillelm. Benedict. in cap. Rainutius. verb. *Testamentum. el 1. num. 12. de Testament. Tell. hic n. 5. Menchac. de Succes. creatione. §. 22. num. 29. Paris. cons. 32. n. 17. Alexand. cons. 70. lib. 1. Et hanc opinionem, tres scilicet testes sufficere ubi non est copia testium, tenet etiam Matienz. in lib. 1. tit. 4. lib. 5. Recopilat. glos. 7. n. 4. & num. 9. Spin. de Testament. in 3. part. Rubric. num. 4.**

(f) Idem etiam tenet Tell. Fernard. in hac *leg. 3. n. 8. ad fin. & vide Spin. de Testament. 3. part. Rub. num. 6. ad fin. Menchac. de Succes. creation. §. 4. num. 4. Paris cons. 33. num. 28. volum. 2. & Gom. Arias in hac leg. 3. num. 136.*

Ant. Gomez. ad Leg. Tauri.